



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Catharina Virgo. Desiderium crebræ communionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. CATHARINA VIRGO.

Desiderium crebra communionis.

Ernestus
bitantibus
m ex or
estare da
uiritans.
omines di
udium ha
s. Eccl. 44

Excita in nobis, quæsumus Domine,
desiderium mensæ cælestis partici-
pandæ, quo B. CATHARINA Sponsa
tua flagravit; ut quæ illius vitam etiam
aluit temporalem, nostris animabus
conferat sempiternam.

Ora pro languidis ad Eucharistiam,

c.

CATHARINA, Senis in Etruriâ nata anno
1347, & ab infantia miris gratiæ donis
præventa, post longam cum suis luctam,
obtinuit habitum Sororum de Pœnitentia
S. Dominici. Sub hoc constanter Sponso
Christo servivit, in summo pœnitentia ab-
stinentiæque rigore, usque eo progreßo ut
ab an. æt. 20 pane abstineret; aliquando
etiam inventa sit, à die Cinerum ad festum
Ascensionis Dominicæ, solo Eucharistico
cibo vicitasse. Frequentes ejus cum da-
monibus luctas, morbos fere continuos
raptus & revelationes; nec non labore
pro animarum salute & Ecclesiæ pace, su-
pra sexum viresque susceptos, tribus libris
descripsit Virginis Confessarius, Raymundo
de Capua; aliquando etiam oculatus
testis sacerorum stigmatum, quæ alijs fer-
invisiblia, lateri ejus manibusq; ac pedibus
Sponsus suus infixerat, Pisis coram Crucifixo
oranti. Spiritu prophetiæ & miraculis
clara, obiit Romæ 29 Aprilis anno 1380
ubi eam Pius II Sanctorum Virginum Ca-
talogo adscripsit, 1561; & hodie coli juli
Urbanus VIII 1630.

Panis Dei est, qui de cælo descendit, &
vitam mundo ... Domine, semper da nobis
panem hunc. Joan. 6.